



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii  
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et  
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs  
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

**Izquierdo, Sebastián**

**Romae, 1670**

Quæst. 3. Vtrum Deus ex se ipso cognoscat creaturas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77011](#)

ille utique, non ut determinatum partiale,  
sed ut conditio ad determinationem requirita se  
habent.

**35** Quoniam vero iuxta doctrinam generalem  
statutam loco citato Deus non potest affirmari ut  
judicari expresse, & formaliter prout connotant  
creaturas, quia per tale indicium, supposita  
apprehensione simplici earum, ipsa creatura tac  
ite, sive virtualiter affirmatur: scire opus est,  
Deum prout connotantem creaturas, alias simpli  
citer apprehensas, ad duo iudicia diuersa deter  
minare posse, de facto subinde dicendum  
esse determinare obiectum se solo intellectum  
suum, habentibus se creaturis ut merita conditio  
ne obiectum ad tales determinationes. Primum  
videlicet ad iudicium, quod tam de creaturis,  
quam de ipso Deo expressa, & formalis affirmatio  
sit: & hoc est iudicium, per quod iuxta pre  
sentem propositionem creatura cognoscuntur in  
Deo prout ipsas connotante. Deinde ad iudi  
cium, quod solius Dei sit affirmatio expressa, &  
formalis, creaturarum vero, alias apprehen  
sorum simpliciter, dumtaxat virtualis. Quod iu  
dicium rursus mouet intellectum diuinum ad  
aliam de creaturis expressum, etiam & forma  
le: & hoc est iudicium, per quod creatura di  
cuntur ex Deo prout ipsas connotante cognos  
ci iuxta doctrinam tradendam in seqꝫ quest.

**36** Ex dictis autem in tota praesente colligitur,  
bifariam imprimis posse unum obiectum deter  
minare intellectum Dei ad cognoscendum alterum.  
Primo: quia cum illo connexum est meta  
physica. Secundo: quia sine illo cognito comprehen  
dendi non potest. Connexio autem metaphysica  
obiecti aut ipsi intrinseca, eaque vel cum termino  
a se adequate distincto, vel cum parte sui esse  
potest; aut ipsi semixtrinsecè proueniens a con  
notato, eaque cum connotato ipso. Iuxta quos  
quatuor determinandi modos possibles in uno  
obiecto comparatione alterius totidem modis po  
test Deus cognoscere unum obiectum in altero, &  
creaturas in se ipso, aut in aliquo predicato sui,  
prout constat ex dictis. Porro, quacunque titulo  
connexionis cum alio ad illud cognoscendum de  
terminant, etiam determinant titulo compre  
hensibilitatis, quatenus sine tali termino cognos  
ci, utpote ad se pertinente, comprehendendi non  
possunt.

### Q V A E S T I O III.

Vtrum Deus ex se ipso cognoscat  
creaturas.

**37** **I**D est, per cognitionem orientandam ex cogni  
tione sui, ab eaque distinctam aliquo modo,  
ut saepe in superioribus explicauimus. Pro  
negativa parte sunt Recentiores, qui vniuer  
saliter existimant, cognitionem vnius ex alio  
imperfectionem praeserferre. Affirmatiam ve  
ro tenuerunt Herice disput. 5. de Scient. cap. 5. &  
alijs.

### Propositio 1.

**38** Deus ex se ipso cognoscit crea  
turas tam existentes, quam possibles; ex

se, inquam, non formaliter, sed virtua  
liter.

Hec propositio expressa videtur apud  
D. Dionysium loco citato quæst. præcedens pro  
posit. 1. Faut ei etiam S. Tho. tum loco ibi cita  
to ex lib. 1. contra Gent. dicens, Deum cognoscere  
alia a se in essentia sua visum est. par. quæst. 14.  
artic. 6. ad 2. dum ait, essentiam diuinam ducere  
ad cognitionem creature. Nec refragatur artic. 7.  
dicens, Deum non per causam prius cognitam,  
sed in causa cognoscere effectus. Hic enim tantum  
intendit remouere a Deo discursum formalem,  
ut ex contextu constat. Fauent item verba Con  
cilij Valentini relata num. 15. fine. Ratione etiam  
ostenditur propositio. Quia, ut vniuersaliter  
statuimus disput. 23. quæst. 7. modus cognoscendi  
vnus ex alio per virtuale quoddam genus dis  
cursus nullatenus repugnat Deo; de facto  
consequenter datur in illo, quoties vnus obiec  
tum ut cognitum, sive media sui cognitione  
ad cognitionem mouet alterius obiecti. Mouet  
autem, quoties primum medium est obiectum  
determinans ad cognoscendum secundum, vel  
quia cum illo connexum est, vel quia sine illo  
cognito comprehendendi non potest. Sed Deus ratio  
ne sua omnipotenz, ceterarumque subinde  
formalitatum suarum, si considerentur quoad  
entitatem; tum ratione sua scientie, volitionis,  
Verbiq[ue] sui, & Spiritus sancti, si consideren  
tur quoad denominationem ad creaturas omnes  
tam existentes, quam possiles respectuam,  
medium est obiectum determinans ad cognoscendas  
tales creaturas vel ob connexionem, quam  
habet cum illis, vel, quia sine illis cognitis com  
prehendi non potest, ut satis constat ex dictis  
quæst. præcedens. Ergo Deus ex se ipso, ex suave  
omnipotenz, ex alijsque suis formalitatibus  
sumptis quoad entitatem; tum ex sua scientia,  
volitione, Verboque, & Spiritu sancto prout  
responsiblebus dictas creaturas, ipsas creaturas  
cognoscit. Et confirmari potest. Quia, ut vi  
dimus disput. 24. quæst. 4. Deus se ipsum ex  
creaturis cognoscit. Ergo potiore iure creaturas  
cognoscet ex se ipso. Itaque Deus non solim  
determinat ad comprehensionem sui, qua indi  
uisim creaturas etiam tangat, sed etiam ad com  
prehensionem sui ex duplice actu coalescentem,  
quorum altero ipse Deus solus, altero vero a  
primo virtualiter emanante creaturæ sole tangantur  
iuxta doctrinam datum supra disput. 24.  
quæst. 5. num. 40. Et vniuersel Deus cognoscit  
creaturas ex omni obiecto; in quo iuxta dicta  
quæst. præcedens cognoscit illas: eoquod omne  
medium idoneum comparatione Dei ad cognoscen  
dum aliud in se, est quoque idoneum ad cog  
noscendum idem ex se; ut satis ex dictis no  
rum est.

Vnde in hac re mihi non placet consequen  
tia P. Herice. Qui, cum docuisset disput. 4. cap. 3.  
Deum se non cognoscere ex creaturis, modo dicit,  
Deum creaturas ex se ipso cognoscere: discrimen  
que reddit: quia Deus medium nobilissimum,  
ac perfectissimum est respectu creaturarum; se  
cū vero creatura respectu Dei. Sed male:  
quia, si perfectio entitatiæ mediæ, aut imper  
fætio est ad propositum attendenda, neque  
in creaturis se ipsum cognoscet Deus, contra  
id, quod ipse Herice nobiscum docuit eadem  
disput. 4. cap. 2. nam etiam sunt creaturae imper  
fectum medium respectu Dei cogniti in ipsis.  
Maior

Maior igitur, aut minor perfectio medijs entitatis nihil refert, quominus Deus in illo, vel ex illo perfectissime cognoscatur aliud obiectum; dummodo adhuc cognoscendum sua natura tale medium obiectum determinet: maximè, cum vis intellectua Dei affatim supplere possit, quidquid defuerit ex parte talis determinationis, ut cognitio ex illa procedens perfectissima evadat, ut satis ex hac tenus dictis comprehendetur.

## Propositio 2.

<sup>40</sup> Cognitio, qua Deus ex se ipso cognoscit creaturas non abstractiuia, sed perfectissime quiditatua, sive intuitiva est.

Quoniam intellectus divinus ad cognitionem abstractiuam moueri non potest, sed tantum ad perfecte quiditatuum, sive intuitivam, ut ex doctrina data disput. 23. quæst. 6. à num. 150. & alias saepe repetita satis est notum.

<sup>41</sup> Iam vero, quod creatura a Deo distinetur, & in particulari, non vero confusa, & in communione cognoscantur, dum eas in se, & ex se cognoscit, certius est, quam, ut in questionem vocari possit. Quia cognitio confusa, aut abstractio rationem communem proorsus repugnat Deo, ut diximus disput. 23. quæst. 1. proposit. 3. & satis ex se notum est. De quo latius tractat Ruiz disput. 12. de Scient.

## QVAESTIO IV.

Vtrum Deus unam creaturam in alijs aut etiam ex alijs cognoscat.

## Propositio 1.

<sup>42</sup> Deus plurimas creaturas in alijs creaturis cognoscit tanquam in medio, vel obiecto determinante.

Ita Ruiz disput. 12. de Scient. sect. 3. Ratio ex dictis in precedentibus questionibus satis est nota. Quia nulta imprimis sunt creature cum alijs connexa metaphysicæ. Ergo in illis non potest non cognoscere Deus eas, cum quibus connectuntur. Antecedens est certum. Consequencia ex saepe dictis liquet. Quia connexionis metaphysica sufficiens determinatum est, ut Deus in re connexa terminum connexionis cognoscatur. Nequit igitur eum non cognoscere. Deinde saepe alia creature ad alias pertinent vel tanquam effectus, vel tanquam affectiones, vel alter, adeo, ut ita sine illis cognitis comprehendendi non possint; tametsi cum illis metaphysicè non connectantur. Ergo, dum Deus huiusmodi creaturas, ad quas alias pertinent, perfectissime comprehendit, nequit non in illis eas alias, quæ ad ipsas pertinent, cognoscere, utpote quæ ad posteriorum cognitionem, semel supposito, quod illæ sint, non potest non per priores determinari ad easdem comprehendendas perfectissimè. Antecedens hujus discursus etiam est certum. Et

consequencia ex superiori dictis notissima. Per quam doctrinam concludemus disput. 27. quæst. 8. Deum, dum perfectissime comprehendit voluntatem indifferentem, in ipsa consensu liberum eius cognoscere, supposito, quod ille sit. Præterea, Deum in quouis aggregato creaturarum individuum considerato cognoscere singulas, ex quibus constat, tanquam partes in toto. Nec non in quouis obiecto prout connotante alterum cognoscere connotatum tanquam terminum connexionis semiextriseca connotantis; ex dictis etiam in precedentibus palam est.

## Propositio 2.

Deus eas omnes creaturas, quas cognoscit in alijs, ex eisdem etiam cognoscit diversa cognitione.

Ratio ex dictis etiam petenda est. Quia, quotiescumque unum obiectum ad aliud cognoscendum determinat, idoneum medium illud est, ut Deus aliud non solum in illo, sed etiam ex illo cognoscatur. Aliundeque hic duplex cognoscendi modus est Deo possibilis, ut saepe vidimus. Ergo. Quod autem non abstractum, sed perfectissime quiditatuum, sive intuitivum cognoscatur Deus alias creaturas in alijs, & ex alijs; ex dictis etiam in precedentibus satis, superque constat.

## QVAESTIO V.

Vtrum Deus cognoscatur non entia. Et qua ratione.

<sup>44</sup> Non ens bifariam usurpat. Primum pro negatione, sive carentia cuiuscumque entis positum. Secundum pro chymera impossibili: nam, licet hæc ex suo conceptu obiectum sit quid possum; quia tamen neque existens est, neque potens existere, iure non ens dicenda venit; sumpto videlicet ente, prout plerunque solet, pro potente existere, aut etiam pro existente. Quidquid sit, si sumatur, ut sumi etiam potest, & solet, pro essente, aut pro potente esse id, quod unumquodque seu possibile, seu impossibile de suo quiditatuum est, iuxta dicenda postmodum. De vroque ergo isto non entium genere agendum est in hac questione.

<sup>45</sup> Pro cuius, aliarumque subsequentium resolutione multa sunt mihi supponenda summationem, ac brevissime ex ijs, que latius scripta habeo in Pharo Scient. vbi per orium a Lectoribus legenda, recognoscendaque sunt pro exacta, & plena intelligentia eorum, que scribemus in materia presenti. Suppono ergo primò ex dictis in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 1. statum quiditatuum rerum realiter distinctarum a Deo (qui nihil differt a veritatibus obiectuum quiditatibus, ac prorsus necessarijs earundem rerum) realiter quoque ab ipso Deo distinctum esse; utpote identificatum realiter cum rebus ipsis. Quod cum communia præaliter antiquiorum latè probatum habeo ibi proposit. 1. contra Recentiores quosdam putantes, eiusmodi rerum statum eum Deo esse identificatum realiter; atque ita Deum ipsum esse unicum verum.